1829

ARNS
1 (1829)

EXAMINA PUBLICA

CUM DISCIPULIS

GYMNASII LAURENTIANI ARNSBERGENSIS

in ante dies I. et II. Septembris habenda

indicit

et

Literarum fautores omni, qua decet, observantia

invitat

PH. BAADEN,

Gymnasii director.

Annalibus scholæ præmittitur deductio analytica de functionum trigonometricarum in æquationibus solvendis usu;

quam scripsit Jos. Fisch,

Professor Matheseos.

Arnsbergæ.

TYPIS CASPARI ANTONII DÜSER.

MDCCCXXIX.

DE

FUNCTIONUM TRIGONOMETRICARUM IN ÆQUATIONIBUS SOLVENDIS USU.

Emergi ex formulis trigonometricis theoremata, quæ in trigonometriæ scientia quam maximi sint momenti; numeros earum ope inveniri, quibus functiones trigonometricæ exprimantur; easque ipsas problematis solvendis, quæ proponat trigonometria, potissimum inservire, et eam ob rem multiplicem adferre usum: haudquaquam denegabit is, quicunque formularum trigonometricarum naturam cognoverit, cognitamque tenuerit. Præcipuum vero usum hæ formulæ, quas multas variasque non modo demonstrationibus geometricis reperiri, sed analytica etiam arte ex geometrice demonstratis derivari licet, analysi præbent; quæ functiones hisce in formulis contentas ad æquationes solvendas adhibet. Quamlibet enim expressionem algebraicam formulæ trigonometricæ, cui comparare velis, æqualem haberi, tabularumque trigonometricarum ope posse resolvi; in tangentis expressione, ut alias functiones omittam, clarissime explendescit. Quum enim tangens, ceu functio trigonometrica, quantitas sit infinite magna et zero æqualis; inde nil obstat, quominus quantitatem cogitabilem quamcunque, quæ inter infinite magnam et infinite parvam intercepta sit oportet, veluti tangentem anguli cujusvis spectemus. Quare, si incognitam æquationis quantitatem functioni trigonometricæ cuivis æqualem posueris, atque eam ipsam formulam, in qua functio adparet, rite devolveris; trigonometricam invenies functionem, cujus logarithmus, logarithmo quantitatis datæ additus, logarithmum quantitatis incognitæ exhibet, ut incognitam ipsam sine ullo negotio reperire possis. Quam methodum in solvendis æquationibus sive puri sive mixti quadratici gradus si adhibeamus; evanescunt vel ad minimum valde minuuntur omnes difficultates, quæ in æquationibus generatim, præsertim vero in gradus mixti quadratici problematis haud raro sunt obviæ, quippe quæ eo majores, si quando accidit, ut termini in æquationibus occurrentes sint vel quantitates admodum magnæ, vel fractiones, vel etiam, si quantitas signo radicali supposita incompletum eamque ob rem ejusmodi sit quadratum, ut radix nonnisi adproximatione erui possit. Quænam vero formulæ trigonometricæ in problematis et puri et mixti quadratici gradus sint eligendæ, atque quonam modo devolvendæ, in lucem proferre propositum mihi habeo. Unde agendum erit de functionum trigonometricarum usu in solvendis æquationibus

a) gradus puri,

b) gradus mixti quadratici.

Quum vero in ulterioris generis æquationibus non solum secundum æquationis membrum vel positivum vel negativum, sed etiam quantitas radicalis adfecta esse possit signis diversis; inde, quod adtinet gradus quadratici problemata, considerandum erit, quinam sit functionum usus, si velis:

α. *secundum æquationis membrum et radicem quæsitam esse quantitatem positivam;*

β. *secundum æquationis membrum esse positivum, radicem vero negativam;*

γ. *secundum æquationis membrum negativum, radicem vero positivam;*

δ. *secundum æquationis membrum et ipsam radicem esse quantitatem negativam;*

demum vero non alienum putavi, formulas trigonometricas, quibus deductio analytica innititur, geometrice demonstratas adjicere, quo facilius tirones, quorum præcipue in usum thesin elaboratam velim, concipere possint.

§. 1.

Functionum trigonometricarum qualis sit usus in solvendis gradus puri problematis, ut perspiciamus; graduum triginta anguli logarithmum sinus quærere libet ex datis; quæ ad eum reperiendum sufficiant. Ex theoremate enim in trigonometria demonstrato satis notum, angulorum duorum sinibus datis summæ sinum posse inveniri, et æqualem esse summæ ex factis collectæ, quæ provenient, si sinum prioris in posterioris cosinum, et posterioris sinum in prioris cosinum duxeris. Unde æquatio: $\sin: 30° = \sin: 27°.\cos: 3° + \cos: 27°.\sin: 3°$. Quæ, si summam secundi æquationis membri in factores resolveris, in æquationem transit sequentem:

$$\sin: 30° = \sin: 27°.\cos: 3° \times \left\{ 1 + \frac{\cos: 27°.\sin: 3°}{\sin: 27°.\cos: 3°} \right\}.$$

Quum vero $\frac{\cos: 27°.\sin: 3°}{\sin: 27°.\cos: 3°} = \frac{\sin: 3°}{\cos: 3°} \times \frac{\cos: 27°}{\sin: 27°} = \frac{\sin: 3°}{\cos: 3°} : \frac{\sin: 27°}{\cos: 27°} = \frac{\text{tang}: 3°}{\text{tang}: 27°}$; inde $\sin: 30° = (\sin: 27°.\cos: 3°) \times \left\{ 1 + \frac{\text{tang}: 3°}{\text{tang}: 27°} \right\}$; et, si formulam trigonometricam $\frac{\text{tang}: 3°}{\text{tang}: 27°} = \text{tang}^2: A$ habueris, erit $\sin: 30° = \sin: 27°.\cos: 3° \times (1 + \text{tang}^2: A)$; cum autem $1 + \text{tang}^2: A = \frac{1}{\cos^2: A}$, inde $\sin: 30° = \frac{\sin: 27°.\cos: 3°}{\cos^2: A}$. Unde æquationes sequentes: I. $\text{tang}: A = \sqrt{\frac{\text{tang}: 3°}{\text{tang}: 27°}}$. II. $\sin: 30° = \frac{\sin: 27°.\cos: 3°}{\cos^2: A}$.

Est vero $\frac{\text{tang}: 3°}{\text{tang}: 27°} = \text{tang}: 3° \times \frac{1}{\text{tang}: 27°} = \text{tang}: 3° \times \cot: 27°$.

Qua re æquatio prior in sequentem abit: tang: A $= \sqrt{\text{tang: } 3^\circ \times \text{cot: } 27^\circ}$.

Quodsi calculum æquationis præcedentis per logarithmos instituere velis, erit log: tang: A $= \frac{\text{log: tang: } 3^\circ + \text{log: cot: } 27^\circ}{2}$.

$$\begin{array}{rl} \text{log: tang: } 3^\circ = & 8{,}7193958 \\ \text{log: cot: } 27^\circ = & 10{,}2928341-10 \\ \hline \text{Summa } = & 19{,}0122299-10=9{,}0122299 \end{array}$$

Quum vero logarithmi sint fractiones decimales; eorum summa, priusquam per 2 dividatur, unitatum decade major reddatur necesse est, si radix secunda sit extrahenda. Inde summa 19,0122299, per 2 divisa = 9,5061149. et log: tang: anguli A = 9,5061149, cui in logarithmorum tabulis respondet angulus $17^\circ - 46' - 54.''$

In æquatione posteriore erat sin: $30^\circ = \frac{\text{sin: } 27^\circ . \text{cos: } 3^\circ}{\text{cos}^2 \text{: A}}$,

unde logarithmus sin: 30° = log: sin: 27° + log: cos: 3° — (log: cos: A $\times$ 2).

Est autem in problemate solvendo log: sin: 30° quantitas incognita; quam ob rem, ut X inveniatur, de summa, quæ ex logarithmo sin: 27° et ex logarithmo cos: 3° conflatur, logarithmum cos: A bis subtrahi necesse esset; quo vero expeditius incognitam quantitatem X invenias, arithmetico logarithmi cosinus A complemento ad illam summam bis addito, et unitatum decade in summa omissa, subtractionem in additionem transmutari licet. inde

log: sinus 27° = 9,6570468
log: cosinus 3° = 9,9994044
arithmeticum log: cos: A complementum = 0,0212594
0,0212594
Summa = 19,6989700—10

unde X = 9,6989700, qui numerus in logarithmorum tabulis graduum triginta angulo respondet.

In æquatione priore ad calculum peragendum angulum A, cujus logarithmum cosinus cognitum esse oportebat, eo nonnisi consilio esse inventum, ut ad summam, ex logarithmo sin: 27° et exlogarithmo cos: 3° collectam, arithmeticum logarithmi cos: A complementum addendi copia nobis daretur, nemo non videbit; nec minus facile intelligendum est, angulum ipsum inveniri necesse non fuisse, cum tangentis ejus anguli logarithmus ad logarithmum cosinus determinandum sufficeret. Quodsi enim logarithmorum tabulas, in quibus non solum pro gradibus et minutis primis, sed pro secundis etiam minutis logarithmi numeris sunt expressi, manu tenueris, atque primum differentiam inter duos proxime sese subsequentes tangentium logarithmos; deinde differentiam quoque inter minorem tangentis logarithmum et inventum; denique differentiam inter cosinuum logarithmos correspondentes logarihmis tangentium notaveris: erit

primum 9,5062310 = logarithmo tangentis 17° 47′ 10″
9,5061586 = logarithmo tangentis 17° 47′ 0″
0,0000724 = eorum differentiæ.

deinde 9,5061586 = logarithmo tangentis 17° — 47′ — 0″
9,5061149 = logarithmo invento.
0,0000437 = eorum differentiæ,
denique 9,9787365 = logarithmo cosinus 17° — 47′ — 0″
9,9787297 = logarithmo cosinus 17° — 47′ — 10″
0,0000068 = eorum differentiæ,
Unde proportio, 724 : 437 = 68 : X; ex qua provenit æquatio: $X = 437 \times 68 : 724 = 41 = 0{,}0000041$.
Qui valor ad logarithmum cosinus anguli proxime majoris additus = logarithmo cosinus anguli, cujus logarithmus tangentis erat repertus.
logarithmus cosinus anguli proxime majoris = 9,9787365
addendum = 0,0000041
Summa = 9,9787406
cui logarithmo cosinus respondet angulus 17° — 46′ — 54″, quem supra inveneramus.

§. 2.

Multo autem gravioris momenti functionum trigonometricarum usus in omnibus ejusmodi æquationibus sese exhibet, in quibus quantitas incognita ad dignitates diversas ita evecta, ut exponens minor exponentis majoris sit dimidium, vel, quod perinde valet, in æquationibus gradus mixti quadratici. Quum vero quævis generis ejus æquatio in gradus secundi æquationem sit transformanda, inde ad rem contrahendam satis sit, functionum usum ostendere in æquationibus gradus secundi mixti quadratici, quas formula generali $X^2 \pm ax = \pm b$ exprimi, atque quadratum inperfectum complendo, radiceque extracta, ad formulam $X \pm \frac{a}{2} = \pm\sqrt{\frac{a^2}{4} \pm b}$ reduci posse patet. Qua vero in formula reducta quum non solum quantitas radicalis vel positiva vel negativa, sed etiam terminus b signis diversis adfectus esse possit; inde æquationes sequentes considerentur erit necesse.

$$\text{I.)}\ X \pm \frac{a}{2} = \sqrt{\frac{a^2}{4} + b}, \quad \text{II)}\ X \pm \frac{a}{2} = -\sqrt{\frac{a^2}{4} + b}$$

$$\text{III)}\ X \pm \frac{a}{2} = \sqrt{\frac{a^2}{4} - b}, \quad \text{IV)}\ X \pm \frac{a}{2} = -\sqrt{\frac{a^2}{4} - b}$$

In æquationum præcedentium prima, si binomium sub signo radicali per quantitatem $\frac{a^2}{4}$ dividatur, ex quantitate $\frac{a^2}{4}$ radicem extrahi, signoque radicali præponi posse, atque ea mutatione æquationem ipsam minime lædi, ex quantitatum radicalium calculo satis notum est. Unde subsequens procedit æquatio: $X = -\frac{a}{2} + \frac{a}{2}\sqrt{1 + \frac{4b}{a^2}}$; quæ, si secundum æquationis membrum in factores resolvatur, in sequentem transit: $X = -\frac{a}{2} \times \left\{1 - \sqrt{1 + \frac{4b}{a^2}}\right\}$. Quodsi vero quantitatem radicalem cum formulis trigonometricis comparemus, et in secundo æquationis membro expressionem algebraicam $\frac{4b}{a^2} = \text{tang}^2 : A$ habeamus, erit $X = -\frac{a}{2} \times \left\{1 - \sqrt{1 + \text{tang}^2 : A}\right\}$. Cum autem $\text{tang}^2 : A = \frac{4b}{a^2}$; inde $\sqrt{\text{tang}^2 : A} = \sqrt{\frac{4b}{a^2}} = \frac{2\sqrt{b}}{a}$, et $\frac{a}{2} = \frac{\sqrt{b}}{\text{tang} : A}$. Unde æquationes: I. $\frac{a}{2} = \frac{\sqrt{b}}{\text{tang} : A}$, II. $X = -\frac{a}{2} \times \left\{1 - \sqrt{1 + \text{tang}^2 : A}\right\}$. In æquatione posteriore, si pro $\frac{a}{2}$ valorem ex æquatione priore desumtum substituere velis, erit $X = -\frac{\sqrt{b}}{\text{tang} : A} \times \left\{1 - \sqrt{1 + \text{tang}^2 : A}\right\}$. Quum vero $\text{tang} : A = \frac{\sin : A}{\cos : A}$, inde erit substituendo:

$$X = \left\{-\sqrt{b} : \frac{\sin : A}{\cos : A}\right\} \times \left\{1 - \sqrt{1 + \text{tang}^2 : A}\right\} = -\frac{\sqrt{b}.\cos : A}{\sin : A}$$

$\times \left\{1 - \sqrt{1 + \text{tang}^2 : A}\right\}$. Est vero $\sqrt{1 + \text{tang}^2 : A} = \frac{1}{\cos : A}$; inde $X = -\frac{\sqrt{b}.\cos : A}{\sin : A} \times \left\{1 - \frac{1}{\cos : A}\right\}$. Ex qua æquatione multiplicando provenit æquatio sequens:

$$X = \frac{-\sqrt{b}.\cos : A}{\sin : A} + \frac{\sqrt{b}.\cos : A}{\sin : A.\cos : A} = \frac{-\sqrt{b}.\cos : A + \sqrt{b}}{\sin : A} =$$

$$\frac{\sqrt{b} - \sqrt{b}.\cos : A}{\sin : A},$$

et in factores resolvendo $X = \sqrt{b} \times \frac{1 - \cos: A}{\sin: A}$. Trigonometrica autem formula $\frac{1 - \cos: A}{\sin: A} = \tang: \frac{A}{2}$. Unde

$$\text{demum } X = \sqrt{b} \times \tang: \frac{A}{2}.$$

Solvamus ea methodo problema subsequens: $X^2 + 3X = 70$.

erit æquatio I$^{\text{ma}}$ $\tang: A = \frac{2\sqrt{70}}{3}$. II$^{\text{da}}$ $X = \tang: \frac{A}{2} \sqrt{70}$

per logarithmos si calculum instituamus, erit

$$\log: 2 = 0{,}3010300$$

$$\frac{\log: 70}{2} = 0{,}9225490$$

arithmeticum complementum propter

$$\text{numerum } 3 = 9{,}5228787 - 10$$

logarithmus tangentis anguli A = summæ = 0,7464577.

inde angulus $A = 79° - 50' - 8{,}68''$; et $\frac{A}{2} = 39° - 55' - 4{,}34''$

$$\text{logarithmus tang}: \frac{A}{2} = 9{,}9225490.$$

erit deinde in æquatione II$^{\text{da}}$ $\log: \tang: \frac{A}{2} = 9{,}9225490$

$$\frac{\log: 70}{2} = 0{,}9225490$$

$$\text{summa} = 10{,}8450980$$

in qua vero summa unitatum decas omittenda est, unde logarithmus quantitatis incognitæ $= 0{,}8450980$, et $X = 7$. Qui valor proveniet, si problema methodo vulgari selveris;

$$X^2 + 3X = 70;\; X^2 + 3X + \frac{9}{4} = 70 + \frac{9}{4}$$

$$X + \frac{3}{2} = \sqrt{70 + \frac{9}{4}} = \sqrt{\frac{289}{4}} = \frac{17}{2}$$

$$X = \frac{17}{2} - \frac{3}{2} = \frac{14}{2} = 7.$$

Quodsi fuerit æquatio: $X - \frac{a}{2} = \sqrt{\frac{a^2}{4} + b}$; inde $X = \frac{a}{2} + \sqrt{\frac{a^2}{4} + b}$. Quantitatis $\frac{a^2}{4}$ radice signo radicali præposita, erit $X = \frac{a}{2} + \frac{a}{2}\sqrt{1 + \frac{4b}{a^2}}$. in fatores resolvendo, $X = \frac{a}{2} \times \left\{1 + \sqrt{1 + \frac{4b}{a^2}}\right\} = \frac{a}{2} \times \left\{1 + \sqrt{1 + \text{tang}^2 : A}\right\}$

$$X = \frac{\sqrt{b}}{\text{tang}:\ A} \times \left\{1 + \sqrt{1 + \text{tang}^2 :\ A}\right\} =$$

$$\frac{\sqrt{b}.\ \cos: A}{\sin: A} \times \left\{1 + \sqrt{1 + \text{tang}^2 : A}\right\}.\ X = \frac{\sqrt{b}.\cos: A}{\sin: A} \times \left\{1 + \frac{1}{\cos: A}\right\};$$

et multiplicando $X = \frac{\sqrt{b}.\ \cos: A}{\sin: A} + \frac{\sqrt{b}}{\sin: A}$.

$$X = \frac{\sqrt{b}+\sqrt{b}.\cos: A}{\sin:\ A} = \sqrt{b}. \times \frac{1+\cos: A}{\sin: A} = \sqrt{b}: \frac{\sin: A}{1+\cos: A}.$$

Quum vero $\frac{\sin:\ A}{1+\cos:\ A} = \text{tang}: \frac{A}{2}$, inde

$$X = \sqrt{b}: \text{tang}: \frac{A}{2} = \sqrt{b}: \frac{1}{\cot: \frac{A}{2}} \text{ et demum } X = \sqrt{b} \times \cot: \frac{A}{2}.$$

Sit problema solvendum: $X^2 - 5X = 104$, erunt æquationes:

$$\text{I) tang}: A = \frac{2\sqrt{104}}{5}$$

$$\text{II) } X = \sqrt{104} \times \cot: \frac{A}{2}$$

per logarithmos si calculum instituamus, erit

$$\log: \quad 2 = 0{,}3010300$$

$$\frac{\log: 104}{2} = 1{,}0085166$$

arithmeticum complementum propt:num: $5 = 9{,}3010300 - 10$

logarithmus tangentis anguli $A =$ summæ $= 0{,}6105766$

unde angulus $A = 76° - 13' - 33{,}06''$

$$\frac{A}{2} = 38 - 6' - 46{,}53''$$

In æquatione II$^{\text{da}}$ . . . . . $\frac{\log:\ 104}{2} = 1{,}0085166$

$$\log: \cot: \frac{A}{2} = 10{,}1054268$$

summa $= 11{,}1139434.$

Unitatum decade omissa, log: $X = 1{,}1139434$; $X = 13$.

Methodo vulgari:

$$X^2 - 5X = 104;\; X^2 - 5X + \frac{25}{4} = 104 + \frac{25}{4}.$$

$$X - \frac{5}{4} = \sqrt{104 + \frac{25}{4}} = \sqrt{\frac{441}{4}} = \frac{21}{2}$$

$$X = \frac{21}{2} + \frac{5}{2} = \frac{26}{2} = 13.$$

§. 3.

Quod adtinet ad secundam, formula generali $X^2 \pm aX = b$ expressam æquationem, ex qua æquatio reducta $X \pm \frac{a}{2} = -\sqrt{\frac{a^2}{4} + b}$ prodeat oportet; præmittendum censeo, utrumque terminorum, ex quibus quadratum inperfectum conflatur, positivum esse nequire, quo nil facilius erit intellectu, dum modo in mentem revocare velis, quantitatem $X + \frac{a}{2}$ *negativæ* quantitati radicali nunquam æqualem esse posse. Quare binomii terminos aut negativos, aut conditionis contrariæ eamque ob rem diversis adfectos esse signis erit necesse. Sit deinde æquatio reducta:

$$-X + \frac{a}{2} = -\sqrt{\frac{a^2}{4} + b}$$

erit $-X = -\frac{a}{2} - \sqrt{\frac{a^2}{4} + b} = -\frac{a}{2} - \frac{a}{2}\sqrt{1 + \frac{4b}{a^2}} =$

$-\frac{a}{2}\times\left\{1+\sqrt{1+\frac{4b}{a^2}}\right\}$. Quodsi vero expressionem algebraicam $\frac{4b}{a^2}=\text{tang}^2:A$ posueris; etiam $\sqrt{\text{tang}^2:A}=\sqrt{\frac{4b}{a^2}}$; $\text{tang}:A=\frac{2\sqrt{b}}{a}$, et $\frac{a}{2}=\frac{\sqrt{b}}{\text{tang}:A}$. Unde æquationes:

I$^{\text{ma}}$ $\frac{a}{2}=\frac{\sqrt{b}}{\text{tang}:A}$, II$^{\text{da}}$ $-X=-\frac{a}{2}\times\left\{1+\sqrt{1+\text{tang}^2:A}\right\}$.

Quum vero $\text{tang}:A=\frac{\sin:A}{\cos:A}$, et $\sqrt{1+\text{tang}^2:A}=\frac{1}{\cos:A}$,

inde substituendo $-X=-\frac{\sqrt{b}.\cos:A}{\sin:A}\times\left\{1+\frac{1}{\cos:A}\right\}$;

multiplicando $-X=-\frac{\sqrt{b}.\cos:A}{\sin:A}-\frac{\sqrt{b}.\cos:A}{\sin:A.\cos:A}=$

$\frac{-\sqrt{b}.\cos:A-\sqrt{b}}{\sin:A}$; resolvendo $-X=\frac{-\cos:A-1}{\sin:A}\sqrt{b}$

$=-\frac{\cos:A+1}{\sin:A}\times\sqrt{b}=\sqrt{b}\times-\frac{\cos:A+1}{\sin:A}$.

$-X=\sqrt{b}:-\frac{\sin:A}{\cos:A+1}$. Cum autem $\frac{\sin:A}{\cos:A+1}=\text{tang}:\frac{A}{2}$,

inde $-X=\sqrt{b}:-\text{tang}:\frac{A}{2}=\sqrt{b}:-\frac{1}{\text{cot}:\frac{A}{2}}=\sqrt{b}\times-\text{cot}:\frac{A}{2}$.

Sit problema solvendum: $X^2 - 6X = 112$; $-X + 3 = -\sqrt{112+9}$.

Erit æquatio I^{ma} tang: $A = \frac{2\sqrt{112}}{6}$, et si calculum per logarithmos instituere velis,

$$\log: \; 2 = 0{,}3010300$$
$$\frac{\log: 112}{2} = 1{,}0246090$$

arithmeticum complementum propt:num: $6 = 9{,}2218487 - 10$

logarithmus tangentis anguli A = summæ $= 10{,}5474877 - 10$

unde . . . . angulus $A = 74° - 10' - 24{,}15''$

$$\frac{A}{2} = 37° - 5' - 12{,}07''$$

æquatio II^{da} $-X = \sqrt{b} \times -\cot: \frac{A}{2}$; inde

$$\frac{\log: 112}{2} = 1{,}0246090$$
$$\log: \cot: \frac{A}{2} = 10{,}1215190$$
$$\text{summa} = 11{,}1461280 - 10$$

Unde logarithmus $X = 1{,}1461280$, et $-X = -14$.

Quem valorem invenies, si problema resolveris methodo vulgari:

$$X^2 - 6X = 112;\; X^2 - 6X + 9 = 112 + 9$$
$$-X + 3 = -\sqrt{112+9} = -\sqrt{121} = -11$$
$$-X = -11 - 3 = -14.$$

Quodsi autem fuerit æquatio reducta: $-X-\frac{a}{2}=-\sqrt{\frac{a^2}{4}+b}$;

inde $-X=\frac{a}{2}-\sqrt{\frac{a^2}{4}+b}$, et, quantitatis $\frac{a^2}{2}$ radice signo radicali præposita, erit $-X=\frac{a}{2}-\frac{a}{2}\sqrt{1+\frac{4b}{a^2}}$.

Algebraicam vero expressionem $\frac{4b}{a^2}$ si feceris $=\text{tang}^2:A$; provenient æquationes: I^{ma} $\text{tang}^2: A=\frac{4b}{a^2}$

$$\text{II}^{\text{da}} -X=\frac{a}{2}-\frac{a}{2}\sqrt{1+\text{tang}^2:A}.$$

Valorem $\frac{a}{2}=\frac{\sqrt{b}}{\text{tang}:A}$, quem in æquatione priore inveniri licet, substituendo erit æquatio posterior:

$$-X=\frac{\sqrt{b}}{\text{tang}:A}-\frac{\sqrt{b}}{\text{tang}:A}\sqrt{1+\text{tang}^2:A}.$$

Quæ, si in factores resolveris, in sequentem tansibit: $-X=\frac{\sqrt{b}}{\text{tang}:A}\times\left\{1-\sqrt{1+\text{tang}^2:A}\right\}$. Quum vero $\text{tang}:A=\frac{\sin:A}{\cos:A}$, et $\sqrt{1+\text{tang}^2:A}=\frac{1}{\cos:A}$, inde substituendo: $-X=\frac{\sqrt{b}.\cos:A}{\sin:A}\times\left\{1-\frac{1}{\cos:A}\right\}$ et multiplicando erit $-X=\frac{\sqrt{b}.\cos:A}{\sin:A}-\frac{\sqrt{b}}{\sin:A}$.

$$-X=\frac{\sqrt{b}.\cos:A-\sqrt{b}}{\sin:A}=\frac{-\cos:A+1}{\sin:A}\times-\sqrt{b}.$$

$$-X=\frac{1-\cos:A}{\sin:A}\times-\sqrt{b}=\sqrt{b}\times-\frac{1-\cos:A}{\sin:A}.$$

Quum vero $\frac{1-\cos:A}{\sin:A}=\text{tang}:\frac{A}{2}$; inde

$$-X=\sqrt{b}\times-\text{tang}:\frac{A}{2}.$$

Sit problema: $X^2+6X=91$, ex quo prodeat æquatio:

$$-X-3=\sqrt{91+9}.$$

Erunt æquationes: I^{ma} tang: $A=\frac{2\sqrt{91}}{6}$.

II^{da} $-X=\sqrt{91}\times-\text{tang}:\frac{A}{2}$.

inde log: $2=$ 0,3010300

$\frac{\log:91}{2}=$ 0,9795207

arithmeticum complementum propt:num: $6=$ 9,2218487—10

summa $=$ 10,5023994—10

logarithmus tangentis anguli $A=$ 10,5023994.

Angulus $A = 72^\circ - 32' - 32{,}62''$; $\frac{A}{2} = 36^\circ - 16' - 16{,}31''$.

In æquatione II^{da} . . . . . . $\frac{\log : 91}{2} = 0{,}9795207$

$$\log : \text{tang} : \frac{A}{2} = 9{,}8655773$$

$$\text{summa} = 10{,}8450980 - 10.$$

Unde logarithmus $X = 0{,}8450980$, et $- X = - 7$.

Methodo vulgari:

$$X^2 + 6\,X = 91;\quad X^2 + 6\,X + 9 = 91 + 9.$$

$$- X - 3 = - \sqrt{91 + 9} = - \sqrt{100} = - 10$$

$$- X = - 10 + 3 = - 7.$$

§. 4.

In æquationibus ejusmodi, quarum membrum secundum negativa est quantitas, eadem fere observari animadvertique possunt, quæ prius præmittenda putavi. Ut enim æquationis membrum secundum negativum esse queat, de *primæ* notæ radicalis quadrato, quod nunquam non positivum est, quantitatem eo ipso quadrato majorem deduci est necesse; qua ex re sequitur, notæ radicales conditionis contrariæ sint quantitates oportere. Ne vero in æquationis formula reducta quantitas radicalis evadat imaginaria, requiritur, ut *secundæ* notæ radicalis quadratum sit quantitas æquationis membro secundo major; quodsi enim ejusdem notæ radicalis quadratum æquationis membro secundo vel æquale vel etiam eodem minus esset, quantitas radicalis hinc imaginaria et inde Zero æqualis foret, atque nullo modo quantitatis incognitæ valor inveniri posset, qui problemati solvendo satisfaceret: Unde quævis hujusce generis æquatio formula generali $X^2 - aX = -b$, et formula reducta $\mp X \pm \frac{a}{2} = \sqrt{\frac{a^2}{4} - b}$ est exprimenda. Formulam $-X + \frac{a}{2} = \sqrt{\frac{a^2}{4} - b}$ si devolvamus; erit $-X = -\frac{a}{2} + \sqrt{\frac{a^2}{4} - b} = -\frac{a}{2} + \frac{a}{2}\sqrt{1 - \frac{4b}{a^2}}$, et in factores resolvendo $-X = -\frac{a}{2} \times \left\{1 - \sqrt{1 - \frac{4b}{a^2}}\right\}$.

Quodsi vero quantitatem $\frac{4b}{a^2}$ cuivis functioni trigonometricæ æqualem habeamus; expresssionem algebraicam comparare licet formulæ trigonometricæ, quam invenire difficile non erit, quoniam $\cos: A = \sqrt{1 - \sin^2: A}$.
Sit inde quantitas radicalis $\sqrt{1 - \frac{4b}{a^2}} = \sqrt{1 - \sin^2: A}$; erit $\sin^2: A = \frac{4b}{a^2}$. Unde æquationes sequentes:

I^ma^ $\frac{a}{2} = \frac{\sqrt{b}}{\sin: A}$, II^da^ $-X = -\frac{a}{2} \times \left\{1 - \sqrt{1 - \sin^2: A}\right\}$.

Valorem $\frac{a}{2} = \frac{\sqrt{b}}{\sin: A}$ si substituamus; erit in æquatione

II^{da} $-X = -\frac{\sqrt{b}}{\sin: A} \times \{1 - \sqrt{1 - \sin^2: A}\}$. Quum vero

$\sqrt{1 - \sin^2: A} = \cos: A$; inde $-X = -\frac{\sqrt{b}}{\sin: A} \times \{1 - \cos: A\}$;

$-X = -\sqrt{b} \times \frac{1 - \cos: A}{\sin: A} = \sqrt{b} \times -\frac{1 - \cos: A}{\sin: A}$; et

quia formula trigonometrica $\frac{1 - \cos: A}{\sin: A} = \text{tang}: \frac{A}{2}$,

$-X = \sqrt{b} \times -\text{tang}: \frac{A}{2}$.

Sit problema solvendum: $X^2 - 14X = -45$; erit æquatio

I^{ma} $\sin: A = \frac{2\sqrt{45}}{14}$. II^{da} $-X = \sqrt{45} \times -\text{tang}: \frac{A}{2}$.

In æquatione I^{ma} . . . . log: $2 = 0{,}3010300$

$\frac{\log: 45}{2} = 0{,}8266062$

arithmeticum complementum propt: num:

$14 = 8{,}8538720$

summa $= 9{,}9815082 - 10$.

$$\log:\sin:A = 9{,}9815082$$
$$\text{angulus } A = 73° - 23' - 54{,}46''$$
$$\frac{A}{2} = 36° - 41' - 57{,}23''$$

In æquatione IIda . . . . . $\frac{\log:45}{2} = 0{,}8266062$

$$\log:\text{tang}:\frac{A}{2} = 9{,}8723638$$

$$\text{summa} = 10{,}6989700.$$

Unde log: $X = 0{,}6989700$, et $-X = -5$.

Methodo vulgari:

$X^2 - 14X = -45$; $X^2 - 14X + 49 = 49 - 45$.

$-X + 7 = \sqrt{49-45} = \sqrt{4} = 2$

$-X = 2 - 7 = -5$.

Quodsi primi æquationis membri terminus secundus fuerit negativus: $X - \frac{a}{2} = \sqrt{\frac{a^2}{4} - b}$; erit $X = \frac{a}{2} + \sqrt{\frac{a^2}{4} - b}$;

quantitatis $\frac{a^2}{4}$ radice signo radicali præposita erit

$X = \frac{a}{2} + \frac{a}{2}\sqrt{1 - \frac{4b}{a^2}}$; in factores resolvendo

$X = \frac{a}{2} \times \left\{1 + \sqrt{1 - \frac{4b}{a^2}}\right.$. Quantitatem $\frac{4b}{a^2} = \sin^2:A$ si

habuerimus, erunt æquationes sequentes: Ima $\sin:A = \frac{2\sqrt{b}}{a}$.

II^{da} $X = \frac{a}{2} \times \{1 + \sqrt{1 - \sin^2 : A}\}$. Valorem $\frac{a}{2} = \frac{\sqrt{b}}{\sin : A}$, qui ex æquatione priore eruitur, si in æquatione posteriore substitueris, erit $X = \frac{\sqrt{b}}{\sin : A} \times \{1 + \sqrt{1 - \sin^2 : A}\}$.

$$X = \frac{\sqrt{b}}{\sin : A} \times \{1 + \cos : A\} = \sqrt{b} \times \frac{1 + \cos : A}{\sin : A} = \sqrt{b} : \frac{\sin : A}{1 + \cos : A}.$$

$$X = \sqrt{b} : \text{tang} : \frac{A}{2} = \sqrt{b} : \frac{1}{\cot : \frac{A}{2}} = \sqrt{b} \times \cot : \frac{A}{2}.$$

Sit problema solvendum: $X^2 - 7X = -12$, erit æquatio

$$\text{I}^{\text{ma}} \ \sin : A = \frac{2\sqrt{12}}{7}. \quad \text{II}^{\text{da}} \ X = \sqrt{12} \times \cot : \frac{A}{2}.$$

Calculum per logarithmos si instituas, in æquatione

$$\text{I}^{\text{ma}} \ \log : 2 = 0{,}3010300$$

$$\frac{\log : 12}{2} = 0{,}5395906$$

arithmeticum complementum propt: num:

$$7 = 9{,}1549020 - 10$$

$$\text{summa} = 9{,}9955226 - 10$$

$$\log : \sin : A \ldots\ldots = 9{,}9955226.$$

$$\text{Angulus } A = 81^\circ - 47' - 12{,}5''$$

$$\frac{A}{2} = 40^\circ - 53' - 36{,}2''$$

$$\text{II}^{\text{da}} \quad \frac{\log:12}{2} = 0{,}5395906$$

$$\log:\cot:\frac{A}{2} = 10{,}0624694-10$$

$$\text{summa} = 10{,}6020600-10$$

inde $\log: X = 0{,}6020600,\ X = 4.$

Methodo vulgari:

$$X^2 - 7X = -12;\ X^2 - 7X + \frac{49}{4} = \frac{49}{4} - 12$$

$$X - \frac{7}{2} = \sqrt{\frac{49}{4} - \frac{48}{4}} = \sqrt{\frac{1}{4}} = \frac{1}{2}$$

$$X = \frac{1}{2} + \frac{7}{2} = 4.$$

§. 5.

Eisdem ex rationibus, de quibus prius mentionem fecimus, perquam facile est intellectu: notæ radicales binomii, ex quo quadratum imperfectum $X^2 - aX = -b$ emergitur, conditionis contrariæ eamque ob rem signis diversis adfectæ sint quantitates esse necesse, quoniam secundum æquationis membrum negativum evadere debet; primam deinde notam radicalem *negativam* nota secunda *majorem*, sed primam notam radicalem *positivam* nota secunda *minorem* esse oportere eum ad finem, ut in formula reducta $\mp X \pm aX = -\sqrt{\frac{a^2}{4} - b}$ quantitas radicalis secundi æquationis membri negativa esse possit; denique vero requiri, ut in formula generali secundum æquationis membrum secundæ notæ radicalis quadrato sit minus, ne quantitas radicalis secundi æquationis membri sit imaginaria vel Zero æqualis. Sit deinde æquatio reducta: $-X+\frac{a}{2}=-\sqrt{\frac{a^2}{4}-b}$; erit $-X=-\frac{a}{2}-\sqrt{\frac{a^2}{4}-b}$; et, si radicem extractam signo radicali præposueris, $-X=-\frac{a}{2}-\frac{a}{2}\sqrt{1-\frac{4b}{a^2}}$; in factores resolvendo $-X=-\frac{a}{2}\times\left\{1+\sqrt{1-\frac{4b}{a^2}}\right\}$. Quodsi vero quantitatem radicalem $\sqrt{1-\frac{4b}{a^2}}=\sqrt{1-\sin^2:A}$ haberi placuerit; provenient æquationes:

I$^{\text{ma}}$ $\sin:A=\frac{2\sqrt{b}}{a}$. II$^{\text{da}}$ $-X=-\frac{a}{2}\times\left\{1+\sqrt{1-\sin^2:A}\right\}$.

Quarum ulterior, si valorem $\frac{a}{2}=\frac{\sqrt{b}}{\sin:A}$ in æquatione priore inventum substitui libeat, transit in sequentem: $-X=-\frac{\sqrt{b}}{\sin:A}\times\left\{1+\sqrt{1-\sin^2:A}\right\}$. Quum vero $\sqrt{1-\sin^2:A}=\cos:A$; inde $-X=-\frac{\sqrt{b}}{\sin:A}\times\left\{1+\cos:A\right\}$;

$$-X = -\sqrt{b} \times \frac{1+\cos: A}{\sin: A}; -X = \sqrt{b} \times -\frac{1+\cos: A}{\sin: A} =$$

$$\sqrt{b}: -\frac{\sin: A}{1+\cos: A} = \sqrt{b}: -\text{tang}: \frac{A}{2}; -X = \sqrt{b}: \frac{1}{\cot: \frac{A}{2}} =$$

$$\sqrt{b} \times -\cot: \frac{A}{2}.$$

Sit problema solvendum: $X^2 - 16X = -15$;

$-X + 8 = -\sqrt{64-15}$. Erit æquatio

I^{ma} $\sin: A = \frac{2\sqrt{15}}{16}$. II^{da} $-X = \sqrt{15} \times -\cot: \frac{A}{2}$.

In æquatione I^{ma} . . . . log: $2 = 0,3010300$

$\frac{\log: 15}{2} = 0,5880456$

arithmeticum complementum propt: num:

$16 = 8,7958800-10$

summa $= 9,6849556-10$

logarithmus sinus anguli $A = 9,6849556$.

Angulus $A = 28°-57'-18,08''$

$\frac{A}{2} = 14°-28'-39,04''$.

In æquatione II^{da} . . . . . log: cot: $\frac{A}{2} = 10,5880457$

$\frac{\log: 15}{2} = 0,5880456$

summa $= 11,1760913$

unde logarithmus $X = 1{,}1760913$, et $-X = -15$.

Methodo vulgari:

$$X^2 - 16X = -15;\ X^2 - 16X + 64 = 64 - 15;$$
$$-X + 8 = -\sqrt{64-15} = -\sqrt{49} = -7$$
$$-X = -7 - 8 = -15.$$

Quodsi vero formulam $X - \frac{a}{2} = -\sqrt{\frac{a^2}{4} - b}$, in qua secundus binomii terminus sit negativus, devolvi volueris; per metathesin erit $X = \frac{a}{2} - \sqrt{\frac{a^2}{4} - b}$; quantitatis $\frac{a^2}{4}$ radice signo radicali præposita $X = \frac{a}{2} - \frac{a}{2}\sqrt{1 - \frac{4b}{a^2}}$; in factores resolvendo $X = \frac{a}{2} \times \left\{1 - \sqrt{1 - \frac{4b}{a^2}}\right\}$. Si deinde quantitatem $\frac{4b}{a^2} = \sin^2\!: A$ habueris; erunt æquationes:

I^{ma} $\sin\!: A = \frac{2\sqrt{b}}{a}$. II^{da} $X = \frac{a}{2} \times \left\{1 - \sqrt{1 - \sin^2\!: A}\right\}$.

In æquatione priore est $\frac{a}{2} = \frac{\sqrt{b}}{\sin\!: A}$, et substituendo erit in æquatione ulteriore $X = \frac{\sqrt{b}}{\sin\!: A} \times \left\{1 - \sqrt{1 - \sin^2\!: A}\right\}$.

Quum vero formula trigonometrica $\sqrt{1 - \sin^2\!: A} = \cos\!: A$;

inde $X = \frac{\sqrt{b}}{\sin: A} \times \{1 - \cos: A\} = \sqrt{b} \times \frac{1 - \cos: A}{\sin: A}$; et cum $\frac{1 - \cos: A}{\sin: A} = \text{tang}: \frac{A}{2}$; inde demum $X = \sqrt{b} \times \text{tang}: \frac{A}{2}$.

Sit problema solvendum: $X^2 - 17\,X = -66$;

$$X - \frac{17}{2} = -\sqrt{\frac{289}{4} - 66}.$$

Æquatio I^{ma} $\sin: A = \frac{2\sqrt{66}}{17}$. II^{da} $X = \sqrt{66} \times \text{tang}: \frac{A}{2}$.

Per logarithmos si calculum instituere velis, erit in æquatione: I^{ma} . . . . log: $2 = 0{,}3010300$

$$\frac{\log: 66}{2} = 0{,}9097719$$

arithmeticum complementum propt: num:

$$17 = 8{,}7695511 - 10$$

$$\text{summa} = 9{,}9803530 - 10$$

ogarithmus sinus Anguli A . . . . . . $= 9{,}9803530$.

Angulus $A = 72° - 53' - 43{,}2''$

$$\frac{A}{2} = 36° - 26' - 51{,}6''$$

In æquatione: II^{da} . . . . log: tang: $\frac{A}{2} = \quad 9{,}8683794$

$$\frac{\log: 66}{2} = \quad 0{,}9097719$$

$$\text{summa} = 10{,}7781513$$

Unde logarithmus $X = 0{,}7781509$, et $X = 6$.

Methodo vulgari:

$$X^2 - 17X = -66;\ X^2 - 17X + \frac{289}{4} = \frac{289}{4} - 66$$

$$X - \frac{17}{2} = -\sqrt{\frac{289}{4} - 66} = -\sqrt{\frac{25}{4}} = -\frac{5}{2}$$

$$X = \frac{17}{2} - \frac{5}{2} = \frac{12}{2} = 6.$$

§. 6.

Reliquum denique ad postremum est; ut geometrice demonstrata adjiceam trigonometriæ theoremata, quibus potissimum innititur deductio præcedens, et quæ ipsa non multa paucis absolvi possunt; qua re gratum opus tironibus me esse facturm, dubium mihi non est. Unde

$$\textit{Tangens anguli } A = \frac{\sin: A}{\cos: A}.$$

Figuram inspiciens in triangulis DCE et FCG invenies proportionem, DE : DC = GF : CF; ex qua procedit æquatio $DE = \frac{DC \times GF}{CF}$; quæ, si radius = unitati, transit in sequentem: $\text{tang}: A = \frac{1 \times \sin: A}{\cos: A} = \frac{\sin: A}{\cos: A}$.

$$\cos: A = \sqrt{1 - \sin^2: A}.$$

Ex theoremate pythagorico est $CG^2 = CF^2 + GF^2$; inde $CF^2 = CG^2 - GF^2$, radicem extrahendo CF =

$\sqrt{CG^2 - GF^2}$, et, substitutis functionibus, cos: $A = \sqrt{1 - \sin^2: A}$.

$$Tangens\ A = \frac{1}{cot:\ A}.$$

In triangulis similibus CED et CHK valet proportio, $DE : DC = CH : HK$, unde æquatio $DE = \frac{DC \times CH}{HK}$, et, si functiones substitui velis, $\text{tang}: A = \frac{1 \times 1}{\text{cot}: A} = \frac{1}{\text{cot}: A}$.

$$\sqrt{1 + tang^2:\ A} = \frac{1}{cos:\ A}.$$

In triangulis similibus CDE et CFG est $CD:CE = CF:CG$, inde $1 : CE = \cos: A : 1$, et $CE = \frac{1}{\cos: A}$. Quum vero in triangulo rectangulo CED, $CE = \sqrt{DE^2 + CD^2} = \sqrt{1 + \text{tang}^2: A}$, inde substituendo $\sqrt{1 + \text{tang}^2: A} = \frac{1}{\cos: A}$.

$$1 + tang^2:\ A = \frac{1}{cos^2:\ A}.$$

Præcedentis æquationis $\sqrt{1 + \text{tang}^2 : A} = \frac{1}{\cos: A}$ si membrum utrumque ad potentiam secundam elevaris; erit $\left\{\sqrt{1 + \text{tang}^2: A}\right\}^2 = \left.\frac{1}{\cos: A}\right\}^2$, unde

$1 + \text{tang}^2: A = \frac{1}{\cos^2: A}$.

****

$$\frac{sin: A}{1+cos: A}=tang: \frac{A}{2}.$$

Ducta recta LG angulus GLD $= \frac{A}{2}$. Quum vero recta CH in puncto C perpendiculariter est erecta; inde CN $=$ tang: GLD $=$ tang: $\frac{A}{2}$. Quare, ut inveniatur tang: $\frac{A}{2}$, valorem rectæ CN determinari necesse est, qui facillime erui potest; in triangulis enim LGF et LCN similibus valet proportio, LF : FG $=$ LC : CN. Cum vero LF $=$ LC $+$ CF $=$ radio $+$ cos: A; inde erit substituendo, $1+$cos: A : sin: A $= 1$: CN, ex qua proportione provenit æquatio CN $= \frac{\text{sin: A}}{1+\text{cos: A}}$. Unde tang: $\frac{A}{2} = \frac{\text{sin: A}}{1+\text{cos: A}}$.

$$sin: \overline{X+Y} = sin: X \cdot cos: Y + cos: X \ \ sin: Y.$$

Rectam QP $=$ sin: X, rectam OR $=$ sin: Y, rectam RS $=$ sin: $\overline{X+Y}$, deinde OT parallelam ad LC et OU parallelam ad QP si duxeris; triangula COU et CQP erunt similia, unde proportio, CO : OU $=$ CQ : QP, et substitutis functionibus cos: Y : OU $= 1$: sin: X; inde OU $=$ sin: X $\times$ cos: Y. Triangulum ROT $\backsim$ OTV; quia OT perpendicularis ex angulo recto in hypothenusam est demissa; triangulum vero OTV $\backsim$ VSC ob æquales angulos, inde ROT $\backsim$ VSC; triangulum VSC $\backsim$ CQP, inde ROT $\backsim$ CQP, et valet proportio, RT : RO $=$ PC : QC;

functionibus substitutis $RT : \sin: Y = \cos: X : 1$; $RT = \sin: Y \times \cos: X$, et $OU + RT = RS = \sin: X . \cos: Y + \sin: Y . \cos: X$; inde $\sin: \overline{X + Y} = \sin: X . \cos: Y + \sin: Y . \cos: X$.

$$\frac{1 - cos: A}{sin: A} = tang: \frac{A}{2}.$$

Ducta recta DG, demissaque CM perpendiculari e centro ad rectam LG, triangula DGL et CLM sunt similia, unde proportio $DL : DG = CL : CM$, et alternando $DL : CL = DG : CM$. Quum vero $DL : CL = 2 : 1$; inde $DG : CM = 2 : 1$, et $CM = \frac{DG}{2}$. Est autem $CM =$ sin: anguli CLG, angulus vero $CLG = \frac{A}{2}$, inde $CM = \sin: \frac{A}{2}$, eamque ob rem $\frac{DG}{2} = \sin: \frac{A}{2}$. $DG = \sqrt{FG^2 + DF^2} = \sqrt{\sin^2: A + \sin: V^2: A}$; inde $\sin: \frac{A}{2} = \frac{\sqrt{\sin^2: A + \sin: V^2: A}}{2}$. Quum vero $\sin: V: A = 1 - \cos: A$; inde $\sin: \frac{A}{2} = \frac{\sqrt{\sin^2: A + (1 - \cos: A)2}}{2}$.—. $\cos: A = \sqrt{1 - \sin^2: A}$, uti prius demonstratum; unde $1 - \cos: A = 1 - \sqrt{1 - \sin^2: A}$, et $\left\{1 - \cos: A\right\}^2 = \left\{1 - \sqrt{1 - \sin^2: A}\right\}^2 = 1 - 2\sqrt{1 - \sin^2: A} + 1 - \sin^2: A = 2 - 2\sqrt{1 - \sin^2: A} - \sin^2 A$;

unde $\sin: \frac{A}{2} = \frac{\sqrt{\sin^2: A + 2 - 2\sqrt{1 - \sin^2: A} - \sin^2: A}}{2}$;

$\sin: \frac{A}{2} = \frac{\sqrt{2 - 2\sqrt{1 - \sin^2: A}}}{2} = \frac{1}{2} \times \sqrt{2 - 2\sqrt{1 - \sin^2: A}}$.

$\sin: \frac{A}{2} = \sqrt{\frac{1}{4} \times \{2 - 2\sqrt{1 - \sin^2: A}\}}$; et multiplicando

$\sin: \frac{A}{2} = \sqrt{\frac{1}{2} - \frac{1}{2}\sqrt{1 - \sin^2: A}}$; in factores si resolveris

$\sin: \frac{A}{2} = \sqrt{\frac{1}{2} \times \{1 - \sqrt{1 - \sin^2: A}\}} = \sqrt{\frac{1 - \sqrt{1 - \sin^2: A}}{2}}$.

Quum vero $\sqrt{1 - \sin^2: A} = \cos: A$; inde $\sin: \frac{A}{2} = \sqrt{\frac{1 - \cos: A}{2}}$. Utrumque æquationis membrum ad dignitatem secundam si elevaris, erit $\sin^2: \frac{A}{2} = \frac{1 - \cos: A}{2}$, et

$1 - \cos: A = 2 \times \sin^2: \frac{A}{2} = 2 \times \sin: \frac{A}{2} \times \sin: \frac{A}{2}$. Quoniam vero sinus summæ duorum angulorum A et B = $\sin: A . \cos: B + \cos: A . \sin: B$; inde erit, si angulum $B = A$ habeamus, $\sin: \overline{A + B} = \sin: \overline{A + A} = \sin: 2A = \sin: A . \cos: A + \cos: A . \sin: A$. $\text{Sin}: 2A = \overline{\sin: A + \sin: A} \times \cos: A = 2 \sin: A \times \cos: A$; si vero $\sin: 2A = 2 . \sin: A . \cos: A$; etiam $\sin: \frac{2A}{2} = 2 . \sin: \frac{A}{2} . \cos: \frac{A}{2}$, et $\sin: A = 2 \,.\, \sin: \frac{A}{2} \,.\, \cos: \frac{A}{2}$; inde $\frac{\sin: A}{\cos: \frac{A}{2}} = 2 \times \sin: \frac{A}{2}$;

utrumque æquationis membrum multiplicando per $\sin: \frac{A}{2}$, erit $\frac{\sin: A}{\cos: \frac{A}{2}} \times \sin: \frac{A}{2} = 2 \times \sin: \frac{A}{2} \times \sin: \frac{A}{2}$. Erat prius $1 - \cos: A = 2 \times \sin: \frac{A}{2} \times \sin: \frac{A}{2}$, inde $1 - \cos: A = \frac{\sin: A}{\cos: \frac{A}{2}} \times \sin: \frac{A}{2}$; $1 - \cos: A = \frac{\sin: \frac{A}{2}}{\cos: \frac{A}{2}} \times \sin: A$, et $\frac{1 - \cos: A}{\sin: A}$ $= \frac{\sin: \frac{A}{2}}{\cos: \frac{A}{2}}$. Quum vero $\tang: A = \frac{\sin: A}{\cos: A}$, inde et $\tang: \frac{A}{2}$ $= \frac{\sin: \frac{A}{2}}{\cos: \frac{A}{2}}$; et demum $\frac{1 - \cos: A}{\sin: A} = \tang: \frac{A}{2}$.

Scripsi Arnsbergæ
Calendis Sextilibus MDCCCXXIX.

Jos. Fisch.

CORRIGENDA.

Pag. VI.	lin. 24.	lege	logarithmis.
" XI.	"	3.	"	solveris.
" "	"	9.	"	factores.
" XIII.	"	4.	"	$\frac{5}{2}$.
" XVI.	"	2.	"	$\frac{a^2}{4}$.
" XXVII.	"	12.	"	logarithmus.
" "	"	18.	"	0,7781513.
" XXVIII.	"	6.	"	adjiciam.
" "	"	9.	"	facturum.

Jahresbericht

über

das Schuljahr 1828 in 1829.

Erster Abschnitt.

I. Verzeichniß der Lehrfächer. — Lehrer, welche dieselben vortrugen. — Lehrbücher. — Wochentliche Stundenzahl. — Leistungen in einem jeden Fache.

Prima und Obersekunda.

1) Religionslehre: Systematische Uebersicht der christlichen Glaubens- und Sitten-Lehre, nach dem Handbuche von Fischer.
Wochentlich 2 Stunden. Hr. Oberlehrer Gerling.

2) Naturlehre: Allgemeine Physik: Lehre von den Körpern überhaupt; allgemeine Eigenschaften der festen Körper; Gleichgewicht derselben; tropfbare und ausdehnbare Körper; Gleichgewicht und Bewegungen dieser Körper.
Vom 8. Januar bis Ostern, wochentlich 3 Stunden.
Im Sommer-Semester, wochentlich 2 Stunden.
Hr. Oberlehrer Dr. Stieve.

3) Mathematik:

a) Arithmetik: Progressionen. Theorie der Logarithmen. Anwendung derselben. Zinsrechnung nach dem Leibnitz'schen Calcul.

b) Stereometrie: Gleichheit und Verhältnisse der geometrischen Körper. Ausmessung, Cubatur und Verwandlung der Körper in einander.

c) Trigonometrie: Begriff und Eintheilung der Trigonometrie. Trigonometrische Funktionen der Winkel. Sinustafeln. Entwickelung der brauchbarsten Formeln für den Halbmesser = 1.

Nach den Handbüchern von Metz und Schön.

d) Kegelschnitte: Parabel in Beziehung auf 1. die Axe — 2. die Tangente — 3. den Durchmesser. Ellipse in Beziehung auf 1. die Axen — 2. die Tangente.

Wochentlich 4 Stunden. Hr. Professor Fisch.

4) Deutsche Sprache:

a) Psychologie theilweise nach Kiesewetter;

b) die reine Logik nach Heuser;

c) Leitung der schriftlichen Arbeiten.

